



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXXIII. Papst Clemens IV. bestätigt das Kloster Hillersleben, am 14. Juli
1265.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

sentibus et consentientibus Dragobodone, priore, Bertramo, custode, Bertoldo, cellerario, Johanne, hospitalario, Hinrico, infirmario et aliis quam pluribus anno domini M^o. CC^o. LX^o.

Cop. I, fol. 19.

XXXIII. Papsst Clemens IV. bestätigt das Kloster Hillersleben, am 14. Juli 1265.

Clemens episcopus, seruus seruorum dei, Dilectis filiis Abbati et conuentui monasterii sancti laurentii in hildefleue, ordinis sancti Benedicti, halberstadenſis dyoceſis, salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, vt id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in domino filii vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu omnes libertates et immunitates a predecessoribus nostris Romanis pontificibus siue per priuilegia seu alias indulgentias uobis uel monasterio uestro concessas, nec non libertates et exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis cristi fidelibus racionabiliter uobis et monasterio uestro predicto indultas, sicut eas iuste ac pacifice obtinetis, uobis et per uos eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis Scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum petri et pauli, apostolorum eius, se nouerit incursum. Data Perusii, II. Idus Iulii, Pontificatus nostri anno primo.

Cop. I, fol. 3.

XXXIV. Erzbischof Conrad von Magdeburg überläßt dem Kloster Hillersleben das Spolienrecht über die Pfarre zu Wederingen, am 23. April 1267.

Conradus, dei gracia Sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, Vniuersis presentibus et futuris in perpetuum. Ne res inter presentes acta notabiliter et patenter inter posteros habeatur ambigue vel latenter, recognoscimus et tenore presentium protestamur, quod accedente consensu capituli nostri domino abbati et conuentui in hildefleue nobis supplicantibus indulsumus, vt parrochiam in wederige infra terminos banni ecclesie nostre sitam, de qua archidiaconus in morte plebani cuiuslibet illius parrochie id, quod sibi competit nomine synodali, exigere tenetur et recipere, habeant idem abbas et conuentus de hildefleue et successores oneris eiusdem liberam et ab omni iure huiusmodi et exemptam, recompensatis tamen tribus solidis denariorum annis singulis ipsi archidiacono, qui pro tempore fuerit, ab eisdem, abbate scilicet et con-